



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 59. Concilium rotomagense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

fit, nudis semper pedibus, summa hyeme, incedens, quin eum vel frigus, vel fames vel immensus labor a proposito deterrere. Non nunquam per nives ad medii propemodum corporis altitudinem pervenientes commeabat, non ante solis occasum reficiebatur, & nunquam carnibus, exceptis diebus Dominicis. Vinum aut pisces raro gustabat.

§. LIX.

Concilium Rotomagensis.

Gelasius Papa Legatum misit Rotomagum, ubi Concilium celebrabatur, cui septima Octobris hoc anno millesimo centesimo decimo octavo initium datum. In eo Henricus Rex Angliæ & Normanniæ Dux, de pace Regni cum Rudolpho Archiepiscopo Cantuariensi, ceterisque, quos convocaverat, proceribus tractabat. Geofridus vero Archiepiscopus Rotomagensis cum Suffraganeis suis & multis Abbatibus, quorum decem nominantur, de Rebus Ecclesiæ suæ agebat. Episcopi præsentibus erant Richardus Bajocensis, Joannes Lexoviensis, Turgisus Abrincensis, & Rogerius Constantiensis. Sergio Episcopus Sagiensis legatum misit, qui Dominum suum infirmitatis seniique causa abesse asseruit. Audinus Præsul Ebroi-

Orderic. lib.
12. p. 846.
to. 10. Conc.
p. 814.
* & Norman-
niæ Dux.

Sæcul. XII. Ebroicensis per Legatum suum manda-
 A C 1118. vit, quod ob tutelam patriæ contra ho-
 stes publicos non venerit. Sed his re-
 pellendis par non fuit. Legatus Ponti-
 ficis erat quidam Clericus Romanus,
 nomine Conradus, qui ornatissima Ora-
 tione, utpote linguæ Latinæ fonte a
 puero inebriatus, querelas exposuit con-
 tra Imperatorem, Catholicorum dirum
 persecutorem, contra Burdinum Antipa-
 pam, qui plurimorum malorum in Tu-
 scia partibus, gemente Ecclesia, causa
 esset. Retulit etiam Gelasii Papæ, qui
 cis Alpes in Francia degebat, exilium,
 & a Normanniæ Ecclesia orationis ma-
 gisque pecuniæ subsidium expetiit. Hæc
 sunt Orderici, illius ævi Scriptoris,
 verba.

§. LX.

Cæsaraugusta expugnatur.

Eodem anno Concilium Tolosæ cele-
 bratum, in quo statuta expeditio in
 Hispaniam, ad auxilium ferendum Ara-
 gonix Regi; is enim sexta Decembris
 Chron. Mal-
 leac. p. 219. fuis fugatisque Mauris, quos eorum Re-
 tom. 2. Bibl. ges Marochii & Granatæ ducebant, in-
 Lab. signem victoriam reportavit. Decima
 Blanca. Ar-
 rago. p. 637. ejusdem mensis Alphonfus Cæsaraugu-
 stem